

JOANNES PAPA V.

NOTITIA HISTORICA IN JOANNEM PAPAM V.

(Ex Massi, ampl. Conc. Collect.)

(a) Joannes, natione Syrus, ex provincia Antiochia, ex patre Cyriaco, sedit annum unum, dies novem [undecim]. Vir valde strenuus, atque scientia præditus, et omnimodo moderatus. Hic post multorum pontificum tempora, vel annorum, juxta priscam consuetudinem a generalitate in ecclesia Salvatoris quæ appellatur Constantiniana electus est, atque exinde in episcopio [episcopium] introductus. Hic, dum esset diaconus, missus est a sanctæ memoriæ Agathone papa in regiam urbem cum aliis sacerdotibus, representans locum apostolicæ sedis in sancta sexta synodo, quæ per Dei providentiam ibidem congregata [Cod. Luc. add. vel celebrata est] est. Expleta autem exinde a clementissimo principe relaxatus, magnum gaudium Ecclesiæ secum detulit. Id est, ipsam sanctam sextam synodum, vel edictum clementissimæ principis confirmans eandem synodum. Nec non et alias divales jussiones relevantes annonæ capita patrimoniorum Siciliæ, et Calabria: non pauca, sed et ceptum [Cod. Luc., coemptum; al. præceptum frumentum] frumenti similiter, vel alia diversa, quæ Ecclesia Romana annuè minime exurgebat [poterat] persolvere. Hic consecratus est a tribus episcopis, Ostiensi, Portuensi, Veliternensi, sicuti prædecessor ejus Leo papa. Hujus temporibus regnavit dominus Justinianus Augustus defuncto patre initio mensis Septembris, indictione decima quarta.

(a) Joannes. Ex sententiâ Anastasii in locum Benedicti die 22 Aprilis anno Domini 685 subrogatus est Joannes hujus nominis V, qui primus inexpectata Constantinopolitani Imperatoris auctoritate in

A Qui clementissimus princeps, Domino auxiliante, pacem constituit, cum nec dicenda gente Saracenorum decennio terra marique, sed et provincia Africa subjugata est Romano imperio atque restaurata. Hic post multorum annorum curricula propter transgressionem ordinationis Ecclesiæ Turritanæ [in Sardinia], quam sine auctoritate pontificis fecerat Citonatus archiepiscopus Calaritanus, pro eo quod antiquitus ordinatio fuit sedis apostolicæ, et ad tempus concessa fuerat ipsa [ipsius] ordinatio eidem Ecclesiæ. Postmodum protervia faciente archiepiscoporum per præcepta pontificum ab eadem ordinatione suspensi sunt juxta determinationem sanctæ memoriæ Martini papæ. Et facta concilio sacerdotum Novellum episcopum, qui ab eodem archiepiscopo ordinatus fuerat sub ditione sedis apostolicæ redintegravit atque firmavit, quorum chirographus archivo ecclesiæ detentus est [retinetur]. Qui sanctissimus vir diutina infirmitate detentus est, ut etiam vix ordinationem sacerdotum explere potuisset. Hic dimisit omni clero, monasteriis, diaconibus et mansionariis solidos mille et noningentos. Fecit autem episcopos per diversa loca numero tredecim. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die secundo mensis Augusti, et cessavit episcopatus menses duos, dies octodecim.

Romanum pontificem consecratus est, sanctæque sextæ synodo legationis apostolicæ munere condecoratus interfuit. Sev. Bix.

EXEMPLAR DIVINÆ JUSSIONIS

JUSTINIANI AUGUSTI

Directæ ad JOANNEM papam urbis Romæ; in confirmationem sextæ synodi Constantinopolitanae.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, imperator Cæsar Flavius Justinianus, fidei in Jesu Christo, pacificus, pius, perpetuus Augu-

* Exemplar. Hæc epistola de fide suspecta esse videtur, tum quod in nota temporis aperta sit repugnancia, tum etiam quod non sit credibile pro defensione ac custodia fidei actorum synodaliū sexti concilii œcumenici ea gessisse imperatorem, quem non sanæ fidei existisse constat ex epistola Nicolai I ad Michaelē imperatorem. Adde quod Anastasius in Vita Canonis papæ refert, vel hanc, vel aliam ejusdem argumenti epistolam scriptam esse ab imperatore ad Cononem papam: « Hic, inquit de Conone, suscepit divalem jussionem domini Justiniani principis, per quam significat se reperisse acta sextæ synodi, et

C stus; Joanni vero [viro] sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo antiquæ ævæ urbis Romæ atque universali papæ.

apud se habere, quam piæ memoriæ domini Constantinus pater ejus fecerat, et promisit ejus pietas illibatam et inconcussam perenniter custodire et conservare. » Auctoritate Anastasii epistola hæc ab impostura et surreptione defendi posset, quantumvis in inscriptione fortasse mendosa existeret, si auctorem illius Nicolaus papa inter imperatores improbos et hæreticos (*) non referret. Sev. Bix.

(*) In aliis esto fuerit malus, at non in his que spectant ad fidem a sexta synodo adversus Monothelitas sanciant. Massi.

Magnum studium, magnam sollicitudinem nos habentes pro stabilitate immaculatæ Christianorum fidei, dehinc namque clementissimum nostrum Deum adiutorem, et susceptorem nostræ serenitatis esse confidimus, adversus omnem inamicum Christo dilectæ nostræ reipublicæ, dum cognitum est nobis quia synodalia gesta, eorumque definitionem, quam et instituere noscitur sanctum sextum concilium, quod congregatum est in tempore sanctæ memoriæ nostri patris, in hanc a Deo conservandam regiam urbem, apud quosdam nostros iudices remisit. Neque enim omnino prævidimus alterum aliquem apud se detinere ea, sine nostra piissima serenitate, eo quod nos copiosos [copiosa] misericordia noster Deus custodes constituit ejusdem immaculatæ Christianorum fidei: sed max adduximus nostros Patres sanctissimos ac beatissimos patriarchas eum vestræ beatitudinis apocrisario, et sanctissimum senatum, verum etiam Deo amabiles metropolitans et episcopos, qui hic in regia urbe commorantur, et deinceps militantes incolas sancti palatii, nec non et ex collegiis popularibus et ab excubitoribus, insuper etiam quosdam de Christo dilectis exercitiis, tam ab a Deo conservando imperiali obsequio, quamque ab orientali [F. deest conjunctio et] Thraciano, similiter et ab Armeniano, etiam ab exercitu Italico, deinde ex Cabaritanis et Septemianis, seu de Sardinia atque de Africano exercitu, qui ad nostram pietatem in-

gressi sunt, et jussimus præfatas synodaliū gestorum chartas in medium adduci, et coram supradictis omnibus lectionem eorum fieri: omnesque diligenter audientes signare ipsas fecimus: quorum auditorum universitas in nostris manibus eas præbuit chartas, ut debeamus nos tenendo inviolatas conservare ipsas, ut non licentia fuerit in quolibet tempore his qui timorem Dei nolunt habere, aliquid corrumpere aut submutare ab his quæ inserta sunt in prænominatis synodalibus gestis, quas totas chartas bene definitas in temporibus sanctæ memoriæ nostri patris, ex probabilibus sanctis patribus, qui propriæ linguæ et manuum fidem apud Dominum nostrum Jesum Christum verumque Deum existentem, confirmasse dignoscitur, et confidentes eam docuisse, nos speramus clementissimum nostrum Deum, quia usque dum noster spiritus statutus est ex Deo esse in nobis, ipsas chartas illibatas et incommutabiles semper conservabimus. Ad insinuandum itaque vestræ paternæ beatitudini hujusmodi capituli motiones, prævidimus et earum scientiam notam fecisse beatitudini vestræ. Et manu dñe [Sive divina]. Divinitas te servet per multos annos, sanctissime ac beatissime Pater. Nata decimo tertio Kalendas Martias, Constantinopoli in imperiali domo, piissimoque et perpetuo Augusto-Justiniano imperatore, anno secundo, et post consulatum ejus anno secundo (hoc est, anno Christi 687), indictione decima quinta b.

a Græca non exstant: vetus hæc Latinitas est ex priore editione Regia. HARD.

b In codice Bellovacensi hæc substituantur verba: C

c Scriptus est Codex temporibus domni Sergii (obit

an. 701) sanctissimi ac beatissimi papæ et in patriarchio sanctæ ecclesiæ Romæ recluditur. Deo gratias. Amen.)

ANNO DOMINI DCXC.

SANCTUS JULIANUS

TOLETANUS EPISCOPUS

NEC NON

IDALIUS ET FELIX

BARCINONENSIS ET TOLETANUS EPISCOPI.

NOTITIÆ HISTORICÆ.

(Ex Antonio, Biblioth. vetes Hisp.).

Julianum Toletanum antistitem Felix, et ipse aliquando eidem sedi præfectus, graphice descripsit in eologio quod Hildefonsi de Scriptoribus ecclesiasticis, libello subijci consuevit. Distinctum esse hunc a Juliano Pomerio, quem cum laudasset sub nudo Pome-

(a) De Script. cap. 96.

(b) De Script. cap. 12.

(c) Rationibus tamen agunt Morales lib. III, c. 53.

rii nomine Gennadius (a), devocavit iterum in scriptorura Catalogus sub integro Juliano, cognomento Pomerii, nomine sanctus Isidorus (b): quanti amentis scriptorem, Mauritanum, sed in Gallis florentem, nemini dubium est (a). Attamen non pauci contendunt Julia-

Vossius de H. L. lib. 1, c. 27. Baronius ad 8 Martii. Vassus in Chronic. Hisp. ad an. 685. Padilla Hist. Ecl. de España centur. VII, cap. 66.